1532. ꝗ 13. Februarij.

Sigismundus primus Rex Poloniae Statibus et ordinibus Moraviae

21

Sigismundus etc. Reverendi spectabiles magnifici Generosi nobiles et Famati sincere nobis dilecti. Reddita sunt nobis Literae Dominationum vestrarum quibus declarant se in Conventu Olomucensi pro Festo Sanctorum trium Regum proximo praeterito acto, unanimi omnium ordinum Consensu decrevisse admisisseque, ut generosus Vilhelmus Cuna de constat qui iactat et praetendit serenissimam Dominam Bonam Coniugem nostram Charissimam debita pecuniae summa quae ex literarum obligatione felicis recordationis Illustrissimae Dominae Isabellae matris suae maiestatis in haereditatem Ducatus Barensis transfusa esset, sicut hucusque satisfacere noluisse, posset in Subditos et nuntios quoscumque suae maiestatis Jure repressaliarum uti et quomodolibet illos ratione debiti pignorare, et detinere. Quae res ingentem nobis admirationem attulit, nam nisi id ex literis Dominationum vestrarum cognitum extitisset, nequaquam credere

potuissemus

potuissemus illas prater omnem cogni-
tionem causa et contra rationes Pacis
publicat, que ex iure gentium descendit
eiusmodi Potestatem privato homini con-
cedere debuisse unde & iura Publice
quietis confundi et tranquilitas vici-
nitate dudum servata perturbari facile
posset, verum cum apud illos Communi
bono privatam unius Commoditatem
anteponi hoc tempore advertamus, satis
mirari non possumus qua facilitate
permota Dominationis vestra ad dela-
tionem unius Persona id constituerunt
et admiserunt quod non minus Periculi
Provincia sue incolis quam nostris
quibusvis Subditis afferre poterit, utcum
que tamen id ita est factum, nos cum
sciamus Serenissimam Coniugem no-
stram semper se optulisse, et impraesens
afferre, ut hac obligationis Causa iuri
et jurisperitorum Judicio in Romana
Curia aut Ducatu Barensi submitta-
tur, hortamur vestras Dominationes
ut ipsi Vilhelmo Cuna persvadeant
definitionem iuris potius in Causa
sua amplecti, quam violentes pigno-
rationes hominum persequi, alioqui
enim si iustitia et aequitati Contra-
veniens pertinacem se & importu-
num, adversum Serenissimam Con-

iugem

Coniugem nostram cum assensu Domi-
nationum vestrarum exhibere voluerit,
nos ut Subditos nostros ab iniuria de-
fendamus nihil morabimur in uni-
versum Contra omnes vicissim ex
Marchionatu Moraviæ ultro citroque
hac commeantes, repressalia admittere
hi enim per ex hinc iter in Italiam
vel Germaniam faciunt, non ad Sere-
nissimæ Coniugis nostræ sed ad no-
stram solius subiectionem pertinent.
Hæc nos Dominationibus vestris ad lite-
ras illarum respondere voluimus, ut
perspicere possint, quid ad Conservan-
dam quidem publicam et ad tuenda
bene vicinitatis iure statuere admittere
et amplecti debeant. Cæterum ista ad-
missio repressaliarum quam vestræ
Dominationes in Conventu suo proxi-
me acto fecerunt, Judicio nostro fieri
non debuit Contra voluntatem et
mandatum Serenissimi Domini Ferdi-
nandi Romanorum Hungariæ et
Bohemiæ ettc. Regis qui literis suis
patentibus eiusmodi Pignorationem
nuntiorum S. Coniugis nostræ et
Subditorum nostrorum severiter vetuit
et prohibuit, prout id ex hisdem literis
illius Maiestatis quas cum præsen-
tibus mittimus vestræ Dominationis

plene

plene cognoscent. Quas bene valere opta-
mus. Datt Cracoviae 13. mensis Febru-
arij anno Domini 1532. Regni nostri
anno 26.